

CHRISTI  
451.

LEONIS PAP.  
12.

VALENTIN. 27. IMPP.  
MARCIANI. 2.

convenere Patres, & ob diei celebritatem præsto fuit Marcianus Imperator, simulque Pulcheria Augusta una cum magistratibus solitis interesse Comitibus. Ubi idem Marcianus Imperator concionatus in Synodo, Latine primum, ac subinde Græco sermone peroravit. Ita quidem decebat, more majorum, ob Romani Imperii dignitatem Romana primum lingua loqui, ut primo Annalium tomo fufius dictum est. Ipsam autem orationem, quod haud proluxa sit, hic describendam putavimus: sic enim se habet (a):

(a) Conc.  
Chalcedon.  
Act. 1.  
CXIII.  
Concilio  
Marciani  
ad Syno-  
dum.

Ubi primum divino iudicio ad Imperium sumus electi, inter tantas necessitates Respublica nullanos magis causa constrinxit, quam ut Orthodoxa & vera fides Christiana, que sancta atque pura est, indubitata omnium animis insideret. Constat autem avaritia, vel studium per media tempora, nonnullis diversa sententibus, & pro voluntate sua non prout veritas atque doctrina Patrum postulat, populos seducentibus, in errorem quamplurimos esse deductos. Qua de re sanctam Synodum hoc videlicet proposito fieri studimus, & vobis laborem induxisse videmur, quatenus omni errore atque caligine deterfa, prout se Divinitas hominibus manifestare voluit, & doctrina Patrum ostendit, religio nostra, que pura atque sancta est, universonum mentibus insinuata, suæ veritatis luce fulgeat: Nec in posterum quisquam audeat de civitate Domini & Salvatoris nostri Jesu Christi aliter disputare, quam Apostolica prædicatio & instituta trecentorum decem & octo sanctorum Patrum eidem convenientia posteritati tradidisse noscuntur; sicut

etiam S. Leonis Papa urbis Romæ, qui sedem Apostolicam gubernat, missa ad sancta memoria Flavianum Constantinopolitanæ urbis Episcopum scripta testantur, Remotis itaque studiis, ablatis patrociniis, cessante avaritia, cunctis veritas innotescat.

Nos ad fidem corroborandam, non ad potentiam aliquam exercendam, exemplo religiosi Principis Constantini, Synodo interesse volumus, ne vel ulterius populi pravis persuasionibus separentur. Facile enim simplicitas quorundam hætenus nonnullorum ingenis atque superflua verbositate decepta est: & constat diversorum pravis insinuationibus dissensiones & hæreses natas. Studium autem nostrum est, ut omnis populus per veram, & sanctam doctrinam unum sentiens, in eandem religionem redeat, & veram fidem Catholicam colat, quam secundum institutionem Patrum exponere, concordantibus æque animis religio vestra festinet: quatenus sicut a Nicæna Synodo usque ad proximum tempus, erroribus amputatis, vera fides cunctis innotuit; ita & nunc per hanc Synodum remotis caliginibus, que in iis paucis annis (sicut superius dictum est) pravitate atque avaritia quorundam emeruisse videntur, perpetuo que statuta sunt, conserventur. Erit enim divina majestatis, id quod sancto animo fieri desideramus, in æternum firmiter custodire. Hucusque Marcianus, quem Patres imensis laudibus sunt prosecuti. Græce deinde in eundem ferme modum oravit, & rursus faustæ acclamationes ingeminatæ, ipsum novum Constantinum, Pulcheriam vero novam Helenam nominantes

CXIV.

PAGIUS  
Actio VII.  
habita non  
est die na-  
tali Sanctæ Euphe-  
miæ.

Quod ait Baronius, Sessionem habitam Die ipsa natali Sanctæ Martyris Euphemie atque Callinici Martyris, haustum est ex prava translatione Græci textus Chalcedonensium Actorum, ut ea aliqui interpretati sunt. Nam tam in aliis versionibus & codicibus Latinis, quam in ipso Græco legitur, ἐν τῇ ἀγορᾷ τῆς ἐκκλησίας τῆς κατὰ καλλινίκου μάρτυρος Εὐφημίας, id est in sanctissima Ecclesia sanctæ victricis Euphemie. Quare, ut recte observat Quæsnellus in Addendis ad Tom. I. Operum S. Leonis, interpret ille epithetum Euphemie, pro Callinico Martyre perperam sumpsit non solum contra textum Græcum, & omnes alias Latinas versiones; sed etiam contra Græcorum Menologium & Martyrologium Latinum, in quibus Callinicus ad diem XXIX. Julii adscribitur. Præterea quod habet Baronius ex eadem versione, Basilicam sanctæ Euphemie Callinico pariter fuisse dicatam, nullus Auctor huc usque prodidit, nec ipse Evagrius, qui lib. 2. cap. 3. Euphemie Basilicam fuisse describit, ideoque illa versio prorsus depravata.

XLIII.  
Locus, in  
quo tractatus  
fidei  
habitus.

Cæterum Valefius in Notis ad lib. 2. Evagrii cap. 18. quo continetur compendium Actorum Concilii Chalced. & in quo Evagrius dicit: Ἐπειὸς οἱ κριταὶ ἐξήρασαν, addendum esse in Definitione fidei duas naturas in Christo unitas, incon-

vertibiles; rogati sunt ab Episcopis, ut intrarent in oratorium Sanctæ Martyris Euphemie. Et cum intrassent iudices in supra dictum oratorium una cum Anatholio & Vicariis Leonis, Sec. et paulo post egressi illinc essent lecta est Definitio fidei. Valefius, inquam, putat Synodum quidem congregatam esse in templo, sive in Ecclesia sanctæ Euphemie; tractatum autem de fide in oratorio ejusdem Ecclesie, quemadmodum iussit Imperator in Allocutione sua, que recitata est in Concilio ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῆς ἀγορᾶς κατὰ καλλινίκου, id est, in oratorio Sanctissima Ecclesia. Martyrium autem, inquit Valefius, pro Ecclesia sumitur, ut patet ex Actione III. Concilii Chalced. ubi Episcopi convenisse dicuntur in Martyrio sanctissimæ & victricis Martyris Euphemie. In reliquis autem Actionibus convenisse dicuntur in Ecclesia ejusdem Martyris. Constat Ecclesia S. Euphemie tribus maximis ædificiis, quorum primum erat, Atrium, secundum, Basilica, tertium, Altare in testudinis formam ædificatum, ut docet Evagrius in principio lib. 2. Oratorium igitur idem est, quod altare, quod nos hodie Chorum vocamus. Ita Valefius. Verum Ducangius in Glossario, in voce Oratorium recte notat, aliud fuisse Bema seu Bema ac altare apud Græcos, aliud vobis, vel chorus: Sacrum omne templum trifarium constat.